



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

Svmmarivm

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

36 *tem. † Secundo casu, vnus nequit expedire sine alijs ad instar iudicium vel eligentium: vt c. in bonæsi. de elec. Tertio verò casu similiter omnes debent requiri: sed si discordent, vel negligant aut suspecti sint, episcopus se interponet, vel cogendo eos consentire, ac concordare: vel substituendo, vel pauperiori gratificando, c. nos quidē. c. tua nos, & c. Io. de testa. & in authē. de eccl. titulis, col. 9. & l. si quis ad declinandā. C. de episc. & cle. & vide quæ addo in questione sequenti. vers. quinto.*

S V M M A R I V M

1. Executor adigere potest hæredem ad hæreditatis aditionem. In alteram partem, vide nu. 3.
2. Hæres cogi potest adire hæreditatem, à cõmissario agente nomine legata riorū fraudatorum.
4. Executor an & quando cogat hæredem adita hæreditate, ad soluendum.
5. Testator an ita testamentum condere possit, vt in eo sibi locum leges non vendicent.
6. Commissario competit officium Iudicis, etiam si nudus sit minister.
7. Actio in factum, datur, vbi alia non competit.
8. Delegati ad vniuersitatem causarum officium, non expirat lata sententia, & appellatione interposita: in speciali delegato secus. Limit. nu. 9. 10. 11. 12.
13. Executor an agere possit contra hæredem, vt
agat

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

agat contra debitores, hæreditario nomine legatorum soluendorum.

14. Executor agere potest contra debitores hæreditarios. hærede id refugiente.
15. Executor an possit constituere procuratorē. disting. nu. 16.
17. Executor quas actiones intentabit: quando, quove nomine. & nu. 19.
18. Executori quando detur conditio ex lege.
20. Pauperū nomine agēs, non cogitur satisdare.
21. Debitores executori soluentes, an liberentur.
22. Executor habens vtiles actiones, an præferatur hæredi vel legatario habenti, directas.
23. Executors tenentur eos defendere, quorum nomine agunt.
24. Executor an legatarios & hæredes in bonorum possessionem mittere debeat. Et quid de fidei commissario vniuersali.
25. Hæres non debet capere de manu hæredis nisi fuerit institutus in re certa: quia tunc loco legatarij habetur.
26. Hæres an & quando teneatur de euictione.
27. Executor an vendere vel permutare rem poterit, non legatam, inuito hærede. disting. num. 28. & 29. 30.
31. Executorem non potest impedire hæres, quin impleat voluntatem defuncti.
32. Executors si quid vendiderint, permutarint ve, quæ & quod debeant interuenire. ibid. & nu. 33. 34. 35. & 36.
37. Executor si opposuit pactum in venditione rerum hæreditariarū, quod emptor retrouendat pupillis, emptor non poterit postea reuendere in præiudicium pupillorum.

§. Consultis autem collegis, executor agere
F 3 debet